

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

NOTES BY MUIRCHU MACCU-MACHTHENI. 269

## DOCUMENTS CONCERNING S. PATRICK.

## 1.—NOTES BY MUIRCHU MACCU-MACHTHENI.

Quoniam quidem, mi domine *Aido*,<sup>1</sup> multi conati sunt ordinare narrationem utique istam secundum quod patres eorum et qui ministri initio fuerunt sermonis tradiderunt illis, sed propter difficilimum narrationis opus diuersasque opiniones et plurimorum plurimas suspicione, numquam ad unum certumque historię tramitem peruenierunt; ideo, ni fallor, iuxta hoc nostrorum prouerbium, ut deducuntur pueri in ambiteathrum, in hoc periculossimum et profundum narrationis sanctę pylagus, turgentibus proterue gurgitum aggeribus, inter acutissimos carubdes per ignota æquora insitos, a nullis adhuc lintribus, excepto tantum uno patris mei Coguitosi<sup>2</sup> expertum atque occupatum, ingenioli mei<sup>3</sup> puerilem remi cymbam deduxi.

15 Sed ne magnum de paruo uidear fingere, pauca hæc de multis sancti Patricii gestis parua peritia, incertis<sup>4</sup> auctoribus, memoria labili, attrito sensu, uili sermone, sed affectu p[er]issimo, caritatis etiam sanctitatis tuę et auctoritatis imperio oboed[i]ens, carptim grauatinque

20 explicare aggrediar.<sup>5</sup>

De ortu Patricii et eius prima captiuitate.

De nauigio eius cum gentibus, et uexatione diserti, [et] cibo sibi [et] gentilibus diuinitus delato.

De secunda captura quam senis decies diebus ab 25 inimicis pertulerat.

<sup>1</sup> The Irish vocative of *Aid* (*Aedh*), Dr. Todd, *St. Patrick*, p. 401, note 1. This and other non-latinised Irish words occurring in the portions of the Book of Armagh now published, are printed in italics.

<sup>2</sup> MS. *cognito si*. As Bishop Graves suggests, *Coguitosi* (for *Cogitosi*) is intended as a transla-

tion of *Machtheni* (leg. *Machténi*?), cognate with the noun *machtad*, *machdad*, *magthad* 'miratio,' and the verb *machtnaigim* 'I ponder over,' 'I wonder at.'

<sup>3</sup> MS. *ingeniolimeí*.

<sup>4</sup> MS. *in certis*.

<sup>5</sup> This prologue is translated by Dr. Todd, *St. Patrick*, p. 402.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

## 270 DOCUMENTS CONCERNING S. PATRICK.

- Book of  
Armagh,  
fo. 20, a. 1.
- De susceptione sua a parentibus ubi agnouerunt eum.
- De aetate eius quando iens uidere sedem apostolicam uoluit discere sapientiam.
- De inuentione sancti Ger[mani] in Galliis, et ideo non exiuit ultra. 5
- [20 a. 2.] De aetate eius quando uissitauit eum angelus ut ueniret adhuc.
- De reuersione eius de Gall[i]is et ordinatione Palladii et mox morte eius.
- De ordinatione eius ab Amatorege<sup>1</sup> episcopo, defuncto Palladio. 10
- De rege gentili habeto in Temoria quando uenerat sanctus Patricius bap-tismum portans.
- De primo eius itinere in hoc insula ut seipsum redemeret *Miliucc*<sup>2</sup> priusquam alios a demonio traheret. 15
- De morte *Milcon*<sup>3</sup> et uerbo Patricii de semine eius.
- De consilio sancti Patricii ubi hessitum est de celebratione primi pascae.<sup>4</sup>
- De oblatione primo pasca in hac insula facta.
- De festiuitate gentili in Temoria eadem nocte qua 20 sanctus Patricius pasca adorauit.
- De gressu regis *Loiguri*<sup>5</sup> de Temoria ad Patricium in nocte pascae.
- De uocatione Patricii ad regem, et fide *Eirc* filii *Dego*,<sup>6</sup> [et de] morte magi in illa nocte. 25
- De ira regis et suorum ad Patricium, et plaga Dei super eos, et transfinctione<sup>7</sup> Patricii coram gentilibus.
- De aduentu Patricii in die pascae ad Temoriam et fide *Dubthaich maccu-Lugir*.<sup>8</sup>
- De conflictu Patricii aduersus magum in illa [die] 30 et mirabilibus uirtutibus.

<sup>1</sup> MS. Amatho rege.<sup>2</sup> 'from Miliucc.'<sup>3</sup> 'of Milchú.'<sup>4</sup> The words 'de celebratione, p.p.' stand in the MS. as a separate title: 'hessitum est' is for haesitatum est, 'there was uncertainty.'<sup>5</sup> gen. of Lóiguire.<sup>6</sup> 'of Erc son of Deg.'<sup>7</sup> Perhaps for *transfiguratione*, i.e. from visibility into invisibility. The sign z (i.e., ζηρεϊρε, Matth. vii. 7) is here written.<sup>8</sup> 'of Dubthach descendant of Lugar.'

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

## NOTES BY MUIRCHU MACCU-MACHTHENI. 271

De conuersione *Loiguirí* regis,<sup>1</sup> et de uerbo Patricii de regno eius post se. Book of Armagh, fo. 20, a. 2.

De doctrina et bap̄tismate signisque sancti Patricii secundum exemplum Christi.

- 5 De *Macc Cuill* et conuersione eius ad uerbum Patricii.<sup>2</sup>  
De fabula *Dairí* et equo, et oblatione *Airdmachæ*<sup>3</sup> ad Patricium.

De gentibus laborantibus die dominica trans praeceptum Patricii.

- 10 De fructifera terra in salsuginem uersa ad uerbum Patricii.

De morte *Moneisen* Saxonissae.<sup>4</sup>

De eo quod sanctus Patricius uidit caelum apertum et Filium Dei et angelos eius.

- 15 [20 b. 1.] De conflictu sancti Patricii aduersum *Coirthech* regem *Aloo*.<sup>5</sup>

Haec pauca de sancti Patricii peritia et uirtutibus *Muirchu maccu Machtheni*,<sup>6</sup> dictante *Aiduo*<sup>7</sup> *Slebtiensis* ciuitatis episcopo, conscripsit.<sup>8</sup>

- 20 De aetate eius quando uissitauit eum angelus ut ueniret adhuc.<sup>9</sup>

[Factisque ibi multis temporibus quasi, ut alii [dicunt] xl<sup>ta</sup>, alii, xxx<sup>ta</sup> annis, ille antiquus ualde fidelis Victoricus nomine, qui omnia<sup>10</sup>] sibi in Hiber-

<sup>1</sup> 'of King *Lóiguire*.' Here in the MS. "et conuersio," but with puncta delentia over *con* and *sio*.

<sup>2</sup> Here a title, "De morte *Moneisen*," (with *z* after the *D* and over the *Mon*) which is repeated four lines *infra*, and which the scribe has accidentally omitted to cancel.

<sup>3</sup> 'of *Dáire*' . . . 'of Armagh.'

<sup>4</sup> The chapters of which this and the two following paragraphs are, respectively, the headings are omitted in the Book of Armagh, but occur in the Brussels codex, *Analecta Bollandiana*, i. 575-577.

<sup>5</sup> 'Ceretic king of *Ail*, i.e., *Ail-Clúade*, 'Rock of Clyde,' Dum-

barton, according to Sir Samuel Ferguson.

<sup>6</sup> 'M. descendant of *Machthene*.'

<sup>7</sup> Probably the anchorite who died 698, Todd, *S. Patrick*, p. 314, note 2. But see Reeves, *Columba*, li.

<sup>8</sup> This summary has obviously been misplaced by the error of the transcriber.

<sup>9</sup> This and the titles in pp. 272-292 I have inserted from the summary, pp. 270-271.

<sup>10</sup> The words in brackets are taken from the Brussels Codex as printed by Father Hogan, in *Analecta Bollandiana*.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)Book of  
Armagh,  
fo. 2, a. 1.

nica seruitute possito antequam essent dixerat, eum crebrís uissionibus uissitauit, dicens ei adesse tempus ut ueniret et aeuanguelico rete nationes feras et barbaras, ad quas docendas misserat illum Deus, ut piscaret;<sup>1</sup> ibique ei dictum est in uissione: “Vocant te filii et filiae siluae Foclitae,” et caetera. 5

**De reversione eius de Gallis et ordinatione Palladii et mox morte eius.**

Oportuno ergo tempore imperante, comitante diuino auxilio, coeptum ingreditur iter ad opus in quod ollim 10 praeparatus fuerat, utique aeuanguelii, et missit Germanus seniore[m] cum illo,<sup>2</sup> hoc est Segitium prespiterum, ut testem comitem haberet, quia nec adhuc a sancto domino Germano in pontificali gradu ordinatus est. Certe enim erat quod Pa[l]ladius archidiaconus 15 pape Caelestini urbis Romae episcopi, qui tunc tenebat sedem apostolicam quadragensimus quintus a sancto Petro apostolo, ille Palladius ordinatus et missus fuerat ad hanc insolam sub brumali rigore<sup>3</sup> possitam conuertendam. Sed prohibuit illum<sup>4</sup> quia nemo potest ac- 20 cipere quicquam de terra nisi datum ei fuerit de caelo. Nam neque hii feri et inmites homines facile recipiunt doctrinam eius, neque et ipse uoluit transegere tempus in terra non sua: sed reuersus ad eum qui missit illum. Revertente uero eo hinc et primo mari 25 transito coeptoque terrarum itenere in Britonum finibus uita functus est.<sup>5</sup>

**De ordinatione eius ab Amatorege<sup>6</sup> episcopo, defuncto Palladio.**

[2 a. 2.] Audita itaque morte sancti Paladii in Britannís, 30 quia discipuli Paladii, id est Augustinus et Benedictus et caeteri, redeuntes retulerant in Ebmoria<sup>7</sup> de morte

<sup>1</sup> Cf. Secundinus' hymn, infra, “Dominus illum elegit ut doceret barbaras Nationes, ut piscaret per doctrinae retia.” Muirehu must (Dr. Todd thought) have had this hymn before him. But cf. Matth. iv. 19.

<sup>2</sup> in marg. z.

<sup>3</sup> Read frigore?

<sup>4</sup> B. (i.e., Cod. Brux.) inserts

Deus, but the meaning may be: (this) prevented him, that no man can receive, etc.

<sup>5</sup> Sic B.; factus, A.

<sup>6</sup> Amatho rege, A.

<sup>7</sup> Curbia, B., Euboria, Probus (Quinta Vita, c. 25), Eboria Secunda Vita, c. 27, and Quarta Vita, c. 31; in marg. z., A.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

eius, Patricius et qui cum eo erant declinauerunt iter <sup>Book of Armagh, fo. 2, a. 2.</sup> ad quendam mirabilem hominem summum aepiscopum, Amatorege<sup>1</sup> nomine in propinquo loco habitantem; ibique sanctus Patricius, sciens quae euentura essent  
 5 [s]ibi, episcopalem gradum ab Amatorege<sup>1</sup> sancto episcopo accepit.<sup>2</sup> Etiam Auxilius Iserniusque et caeteri inferioris gradus eodem die quo sanctus Patricius ordinati sunt. Tum acceptis benedictionibus, perfectisque<sup>3</sup> omnibus secundum morem, cantato etiam  
 10 Patricio quasi specialiter et conuenienter hoc psalmistae uorsu: 'Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec,'<sup>4</sup> uenerabilis uiator paratam nauim in nomine sanctae Trinitatis ascendit et peruenit Britannias; et omissis omnibus ambulandi anfractibus  
 15 praeter commune uiae officium (nemo enim dissidia<sup>5</sup> quaerit Dominum) cum omni uelocitate flatuque prospero mare nostrum contendit.<sup>6</sup>

**De rege gentili habeto in Temoria quando uenerat sanctus Patricius baptismum portans.**

20 In illis hautem diebus quibus haec gesta sunt, in praedictis regionibus fuit rex quidam magnus, ferox gentisque imperator barbarorum regnans in Temoria, quae erat caput Scotorum, *Loiquire*<sup>7</sup> nomine, filius *Neill*, origo stirpis regiae huius pene insolae. Hic  
 25 hautem sciuos et magos<sup>8</sup> et aurispices et incantatores et omnis malae artis inuentores habuerat, qui poterant [2 b. 1] omnia scire et prouidere, ex more gentilitatis et idolatriae, antequam essent. E quibus hii duo prae caeteris praeferebantur quorum nomina haec sunt:  
 30 *Lothroch*, qui et *Lochrú*, et *Lucetmael*, qui et *Ronal*. Et hii duo ex sua arte magica crebrius profetabant

<sup>1</sup> matho rege, A.

<sup>2</sup> It seems, then, that he was consecrated by a single bishop only, Todd, *St. Patrick*, 318.

<sup>3</sup> perfectis, A.; perfectisque, B.

<sup>4</sup> Psal. cix. 4.

<sup>5</sup> i.e. desidia; desideria, B.

<sup>6</sup> peruenit, B.

<sup>7</sup> In marg. z.

<sup>8</sup> *druide*, see Reeves, *Columba*, p. 73, note i.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

## 274 DOCUMENTS CONCERNING S. PATRICK

Book of  
Armagh,  
of. 2, b. 1.

morem quendam exterum futurum, in modum regni  
cum ignota quadam doctrina molesta longinquo  
trans maria aduectum,  
a paucis dictatum,  
a multis susceptum, 5  
ab omnibusque honoratum,  
regna subuersurum,  
resistentes turbas seducturum,  
omnes eorum deos destructurum,<sup>1</sup>  
et 10  
iectis omnibus illorum artis operibus  
in saecula regnaturum.

Portantem quoque suadentemque hunc morem signauerunt et profetauerunt his uerbis quasi in modum [uersiculi]<sup>2</sup> crebro ab hisdem dictis, maxime in antecedentibus aduentum Patriciique duobus aut tribus annis.

Haec haec sunt uersiculi uerba, pro linguae idiomo<sup>3</sup> non tam manifesta:

‘Adueniet asciput<sup>4</sup> cum suo ligno curuicipite<sup>5</sup> et<sup>6</sup> sua domu<sup>7</sup> capite perforato.<sup>8</sup> Incantabit nefas a sua mensa ex anteriore parte domus suae: respondebit ei sua familia tota fiat, fiat.’

Quod nostris uerbis potest manifestius exprimi:

[*Ticfa tálchenn tarmuir mercenn,  
abratt tollchenn, achrann crombhenn, 25  
amias inairthiur athige:  
frisérat amuinter uile  
Amen, amen!*<sup>9</sup>]

“Quando ergo haec omnia fient, regnum nostrum, quod est gentile, non stabit.”

<sup>1</sup> This and the three preceding lines are so arranged in the MS. The words “trans . . . susceptum” and ‘iectis . . . regnaturum’ also appear to be metrical, and I have printed them accordingly.

<sup>2</sup> Sie, B., and *Secunda Vita*, c. 27.

<sup>3</sup> propter linguae idioma, B.

<sup>4</sup> ‘adze-head’ (ascia caput) = *tálchenn*, Reeves, *Columba*, p. 351, note.

<sup>5</sup> curui capite, A.; curuo capite, B.

<sup>6</sup> ex, A.

<sup>7</sup> i.e., casula ‘chasuble,’ which the writer may have supposed (with Isidore of Seville) to be a diminutive of *casa* = *domus*.

<sup>8</sup> perforata, B.

<sup>9</sup> See translation of these lines (which the scribe has omitted), supra, p. 35.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

NOTES BY MUIRCHU MACCU-MACHTHENI. 275

Quod sic postea<sup>1</sup> euenerat. Euersis enim in ad-  
uentu Patricii idulorum culturís, fides Christi catholica<sup>Book of Armagh, fo. 2, b. 1.</sup>  
nostra repleuit omnia.

De his ista sufficiant. [2. b. 2.] Redeamus ad propos-  
5 situm.

**De primo eius itinere in hac insola ut seipsum  
redemeret o *Miliucc* priusquam alios a  
Demonio traheret.**

Consummato igitur nauigio sancto perfectoque,  
10 onerata<sup>2</sup> nauis sancti cum transmarinis mirabilibus  
spiritalibusque tesseractis quasi in oportuno portum  
in regiones Coolennorum in portum apud nós clarum  
qui uocatur hostium *Dee*<sup>3</sup> dilata est. Ubi uisum est  
ei nihil perfectius esse quam ut semetipsum primitus  
15 redemeret, et inde appetens sinistrales fines ad illum  
hominem gentilem *Milcoin*, apud quem quondam in  
captiuitate fuerat portansque geminum seruitutis pre-  
tium, terrenum utique et caeleste, ut de captiuitate  
liberaret illum cui ante captiuus seruierat, ad anteri-  
20 orem<sup>4</sup> insolam, quae eius nomine usque hodie nomi-  
natur,<sup>5</sup> prurim nauis convertit.

Tum deinde *Brega* Conalneosque fines necnon et  
fines Ulathorum in leuo dimittens ad extremum fretum  
quod est *Brene* se inmisit. Et discenderunt in terram  
25 ad hostium *Slain* ille et qui cum eo erant in nauí, et  
absconderunt nauiculani, et uenierunt aliquantulum in  
regionem ut requiescerent ibi. Et inuenit eos porcina-  
rius cuiusdam uiri natura boni, licet gentilis, cui nomen  
erat *Dichu*, habitans ibi ubi nunc est Orreum Patricii<sup>6</sup>  
30 nomine cognominatum. Porcinarius hautem putans eos  
fures ac latrones, exiuit et indicauit domino suo *du*

<sup>1</sup> Sic, B.; potestea, A.

<sup>2</sup> honorata, A.; honerata, B.

<sup>3</sup> Inbher Dea, near Wicklow.

<sup>4</sup> i.e. orientalem, Reeves, *Columba*, p. 82, note h.

<sup>5</sup> Inis-Pátraic.

<sup>6</sup> Saball Pátraic, now Saul.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)Book of  
Armagh,  
fo. 3, a. 1.

*Dichoin*,<sup>1</sup> [3 a. 1] et induxit illum super eos ignorantibus illis. Qui corde propossuerat occidere eos; sed uidens faciem sancti Patricii, conuertit Dominus ad bonum cogitationes eius. Et praedicauit Patricius fidem illi, et ibi credidit Patricio, et requieuit ibi sanctus apud illum 5 non multis diebus. Sed uolens cito ire ut uissitaret praedictum hominem *Milcoin* et portaret ei pretium suum et uel<sup>2</sup> sic conuerteret ad Christi fidem, relicta ibi nauis<sup>3</sup> apud *Dichoin*, coepit per terras diregere uiam in regiones Cruidnenorum<sup>4</sup> donec peruenit ad montem 10 *Miss*.<sup>5</sup> De quo monte multo ante, tempore quo ibi captiuus<sup>6</sup> seruierat, pre[s]so uestigio in petra alterius montis, expedito gradu uidit anguelum Victoricum in conspectu eius ascendisse in caelum.

**De morte *Milcon*<sup>7</sup> et uerbo Patricii de semine 15 eius.**

Audiens hautem *Miliucc* seruum suum iturum ad uissitandum eum, ut morem quem nolebat<sup>8</sup> in fine uitae faceret quasi per uim, ne seruo subiectus fieret et ille sibi dominaret, instinctu Diabuli sponte sé igni tradidit et in domu in qua prius habitauerat rex, congregato ad se omni instrumento substantiae suae, incensus est. Stans hautem sanctus Patricius in praedicto loco a latere dextero montis *Miss*, ubi primum illam regionem in qua seruiuit cum tali gratia adueniens 25 uidit, ubi nunc usque<sup>9</sup> crux habetur in signum,<sup>10</sup> ad uissum primum illius regionis ilico sub oculis rogam [3 a. 2] regis incensum intuitus. Stupefactus igitur ad hoc opus duabus aut tribus fere horis nullum uerbum proferens, suspirans et gemens lacrimansque atque haec 30

<sup>1</sup> 'to Dichu.'<sup>2</sup> 'and even thus'; B. omits *uel*.<sup>3</sup> Sic, A.; navi, B., but the nominative absolute is common in Irish latinity.<sup>4</sup> Read Cruidneorum, Cruithneorum? (Crunneorum, B.).<sup>5</sup> Sliab Miss, now Slemish.<sup>6</sup> A. inserts *erat*.<sup>7</sup> 'of Mílchu.'<sup>8</sup> Hogan compares 'morem quendam exterum,' supra, p. 274, l. 1.<sup>9</sup> B. omits.<sup>10</sup> See Reeves, *Columba*, p. 88, note d.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)

uerba promens ait: ‘Nescio, Deus scit: hic homo rex qui seipsum igni tradidit ne crederet in fine uitae suae et ne seruiret Deo aeterno, nescio, Deus scit, nemo de filiis eius sedebit rex super sedem regni eius 5 a generatione in generationem; insuper et semen eius seruiet in sempiternum.’ Et his dictis, orans et armans sé signo crucis, conuertit cito iter suum ad regiones Ulothorum per eadem uestigia quibus uenerat, et rursus peruenit in campum *Inis*<sup>1</sup> ad *Dichoin*;<sup>2</sup> ibique 10 mansit diebus multis, et circumiit totum campum, et elegit et amauit, et coepit fides crescere ibi.

Book of  
Armagh,  
fo. 3, a. 2.

**De consilio sancti Patricii, ubi hessitum<sup>3</sup> est de  
celebratione primi pascae.**

Adpropinquauit haec pasca in diebus illis quod 15 pasca primum Deo in nostra Aegypto huius insulae uelut quondam in Gesseon<sup>4</sup> celebratum est. E inuenierunt consilium ubi hoc primum pasca in gentibus ad quas missit illum Deus celebrarent, multisque super hac re consiliis iectis, postremo inspirato diui- 20 uitas sancto Patricio uisum est hanc magnam Domini sollempnitatem quasi caput omnium sollempnitatum in campo maximo,<sup>5</sup> ubi erat regnum maximum nationum harum, quod erat omnis gentilitatis et idolatriae,<sup>6</sup> celebrari,<sup>7</sup> uti hic inuictus cuneus in caput totius idolatriae, 25 ne possit ulterius aduersus Christi fidem insurgere, sub malleo fortis operis cum fide [3 b. 1] iuncti sancti Patricii et suorum manibus spiritalibus primus<sup>8</sup> inluderetur. Et sic factum est.

<sup>1</sup> *Mag-Inis* ‘island-plain,’ the district being very nearly surrounded by the sea, Todd, *St. Patrick*, p. 108, note 3. From A.D. 850 called Leth-Cathail (Lecale), Reeves, *Eccl. Antiqq.* 201, 365, note x.

<sup>2</sup> ‘to Dichu.’

<sup>3</sup> i.e. haesitatum.

<sup>4</sup> Gesseon, A.; Genesim, B.;

a corruption of the *Gessen* of the Vulgate; our *Geshen*.

<sup>5</sup> *Mag-Breg*.

<sup>6</sup> Here in A. occur the words “ne possit ulterius,” which re-occur in the next line.

<sup>7</sup> liberari, A.

<sup>8</sup> Sic, A. (agreeing with cuneus); primum, B.

Cambridge University Press

978-1-108-05322-8 - The Tripartite Life of Patrick: With Other Documents Relating to that Saint: Volume 2

Edited and Translated by Whitley Stokes

Excerpt

[More information](#)**De oblatione primo pasca in hac insola facta.**Book of  
Armagh,  
fo. 3, b. 1.

Eleuata igitur nauis<sup>1</sup> ad mare, et dimisso in fide plena et pace bono illo uiro *Dichu*, migrantes de campo *Iniss*<sup>2</sup> dexteraque manu demittentes omnia ad plenitudinem ministerii quae erant ante, non incongrue leua<sup>5</sup> in portum hostii *Colpdi*<sup>3</sup> bene et prospere delati sunt. Relictaque ibi nauis, pedestri itinere uenierunt in praedictum maximum campum, donec postremo ad uesperum peruenierunt ad *Ferti* virorum *Fee[i]c*,<sup>4</sup> quam ut fabulae ferunt, foderunt<sup>5</sup> viri, id est serui, *Feccol*<sup>10</sup> *Ferchertni*, qui fuerat unus e nouim magis profetis *Bregg*.<sup>6</sup> Fixoque ibi tentorio, debeta pascae uota sacrificiumque laudis cum omni deuotione sanctus<sup>7</sup> Patricius cum suis Deo altissimo secundum profetae uocem reddidit. 15

**De festiuitate gentili in Temoria eadem nocte qua sanctus Patricius pasca adorauit.**

Contigit uero in illo anno idolatriae sollempnitatem quam gentiles incantationibus multis et magicis inuentionibus, nonnullis aliis idolatriae superstitionibus, con- 20 gregatis etiam regibus, satrapis, ducibus, principibus et optimatibus populi, insuper et magis, incantatoribus, aurspicibus et omnis artis omnisque doni<sup>8</sup> inuentoribus doctoribusue uocatis ad Loigaireum, uelut quondam ad Nabodonossor regem, in Temoria, istorum 25 Babylone, exercere consuerant, eadem nocte qua sanctus Patri[3 b. 2]cius pasca, illi illam adorarent exercerentque festiuitatem gentilem. Erat quoque quidam mos

<sup>1</sup> Sic, A.; nauis, B. But see supra, p. 276, note 3.

<sup>2</sup> *Mag-Inis*, supra, p. 277, note 1.

<sup>3</sup> Inber-Colpthi, the mouth of the Boyne.

<sup>4</sup> *Ferta-fer-Féice*, 'the grave of Fiac' men,' near or at Slane.

<sup>5</sup> foderunt, A.

<sup>6</sup> *Breg*, B.

<sup>7</sup> MS. sps. (i.e., spiritus), A.

<sup>8</sup> Petrie (*Tara*, p. 59) proposes to read *doli*. But *donum* may here be the equivalent, in Hiberno-Latin, of the Irish *dán*, art, science.